



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DLIII. ad annum DLXXVII.

Parisiis, 1644

Praefatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15324

ANNO
CHRISTI
554

CONCILIVM ARELATENSE V.

SVB SAPAVDO EPISCOPO,

DIE III. KALENDAS IVLIAS CELEBRATVM,

anno Christi DLIV. Vigilii papæ ultimo,
Childeberti regis XLIII.

TITVLI CANONVM.

- | | | |
|---|--|--|
| I. <i>Vt oblate altaris ab episcopis provincie ad formam Arelatensis ecclesie offerantur.</i> | <i>sumat.</i> | V. <i>Vt monasteria puellarum sub cura sint episcoporum; & abbatifsis nihil liceat contra regulam.</i> |
| II. <i>Vt monasteria ei subsint episcopo, in cuius territorio sita sunt.</i> | VI. <i>Vt clericis facultates, quas ab episcopo in usum accipiunt, deteriorare non liceat.</i> | |
| III. <i>Abbati longius a monasterio, sine episcopi permissione, vagari non licet.</i> | VII. <i>Vt episcopus alienum clericum, sine episcopi sui epistola, non ordinet.</i> | |
| IV. <i>Vt presbyter diaconum vel subdiaconum deponere non pra-</i> | | |

PRÆFATIO.

HANC super omnia curam decet esse pontificis, vt de ecclesiabus Deo iuuante sibi commissis, tamquam de propria quam regit, cura sollicitudineque indefinenter inuigilet: vt frequentius aggregatis episcopis, statuta Canonum sæpius relegendo, in eorum animis caritate interueniente commendent, vt quod statutum est irreprehensibiliter debeat custodiri; & si quid forsitan statuendum causâ suggesterit, vnanimiter obseruanda decernant. Itaque cum in Arelatense vrbe episcoporum fuisset Synodus aggregata pro necessariis rebus, rationale esse credidimus, antiquis Canonibus non derogantes, pauca tamen pro eorum ordinatu, Deo adiutore, subiungere: quibus hoc roboris magis esse credidimus, quod a plurimis caritate interueniente consentientibus, prona voluntate firmatum est.